



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-
ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

dicam petenti nō libenter dedit, sed uolenti quoq. non 323
ultra ac liberaliter obtulit. Plane ut intellegeres Lusita
niae regem, instar euangelici illius maioris natu filii, in
Apostolicae sedis fide semper, ac perpetua caritate mā
sisse. Quo factum est, ut superiores illum omnes Pont.
Max. Romanae ueterem alumnū ecclesiae, suūq.
dulcissimum filium mirifice semper dilexerint. tanto
perfecto amore, quantum e dolore illius licuit intelle
gere, quotiens uita functos illos orbus ipse tamquam
parentes luxit indulgentissimos. Ac iaceret ille nunc
etiam in maerore & lacrimis Pii. V. Pont. Max. pietate
& gratia priuatus, nisi illum P. B. uirtutis tuae & pater
nae in se caritatis spes excitasset, omnemq. animi dolo
rem ac luctum penitus absterfisset. Quem enim antea
Cardinalem singularis doctrinae pietatisq. fama com
motus uehementer dilexisset, eundem postea non po
terat non uehementius Pont. Max. factum fuisse laeta
ri. Quam tamen eius laetitiam summum tuum in se,
suamq. gentem studium cumulabat. Namq. multorum
ad se litteris & sermonib. adferebatur, te Lusitanorum
res gestas, & legendo, & percunctando diligenter, unū
omnium optime cognouisse, & ecclesiae Dei, cui pro
pagandae atq. augendae in primis studerent illi, soli
tum gratulari. Itaq. te catholicae Dei ecclesiae creato
Pont. Max. habebat rex, & quod eidem ecclesiae publi
ce gratularetur, & quod sibi proprie tamquam in sinu
gauderet. Quae cum ita sint, est quod inmortali Deo,
cū alias, tum uero maxime nunc ingentes gratias agat,
cum tibi eius generis cupidissimo, ad gratulationis, &
oboc-

oboedientiae praestandae munus, habet rex, quae tuae propria uoluptatis addat munera. Victoriarum enim, supra quam dici potest, admirabilium ab eo donis adfectus, sic illa scilicet interpretatur munera, ut cum tua uoluptate suam laudem diuino consilio esse coniunctam putet. Qua quid esse coniunctione potest artius, cum alterius uoluptate, summa quoque laus alterius contineatur. Quid grauius, aut sanctius, cum ad diuini nominis gloriam pertinere utrumque ac referri necesse sit. Ille uero maiorum suorum perpetuam Christiano nomine longe lateque propagando felicitatem, in ipso statim adulescentiae suae quasi aditu atque ingressu, rerum gestarum numero ac magnitudine uel iam aequauit, uel etiam uicit. Liceat quaeso B. P. de multis ac recentibus, unam atque alteram nostrorum uictoriam, uerbi gratia, breuiter strictimque commemorem, non ulla equidem meae gentis ostentatione, atque iactantia, sed Dei potius, cuius illud omne beneficium fuit, laudibus studens, & piae grataeque nostrorum confessioni tantisper inferuiens. Solimanum ac Xatanan par beluarum Christiano nomini semper infestissimum, male habet scilicet fidei, nostraeque per Orientem religionis incrementum, & multiplex D.N. IESV CHRISTI triumphus crucis. Ergo suadendo, rogando, pollicendo, adiutando effecerunt, ut potentissimi totius Asiae reges in Lusitanorum, hoc est Christianorum nomen delendum funditus conspirarent. Neque uero dilatum bellum. Namque Goam nostrorum in India metropolin, ab omni prope bellico apparatu, quae classem ac militem rei

326
rei gerundae caussa diuersum peregre dimisisset, inpa-
ratam, Hidalcanus rex nullo indicto bello, immo ue-
ro nulla tum belli suspicione, flagitiosissime in prouisus
obsedit. Quantis copiis, quaeras. quinq. & triginta
equitum, & sexaginta peditum milibus, atq. iis quidem
stipendiariis omnibus, praeter ingentem uoluntario-
rum numerum, atq. infinitam stratorum multitudinē.
Tormēta uero maiora ad oppugnandum comparata
.xl. Elephantorum praeterea, quorum magnus est in
acie usus, duo amplius millia eodem compulsa. Quan-
cum Goenses obsidionem prope annuam tolerassent,
classarii militis, & quidem uictoris aduentu, qui .vii.
tātum nauib. Dachenorum regis. lxx. nauium classē
instructissimam proelio uicisset, Hidalcanum, caesis
suorum. xii. millibus, suffossis atq. confectis elephan-
tis equisq. quamplurimis, summouerunt. multis bel-
licis machinis atq. impedimentis praecipiti fuga pas-
sim relictis. Eodem tempore Zamalucus, sed maiore ta-
men apparatu atq. dilectu, Chiaullum copias adduxit,
urbem natura, aut opere minime munitam. Quam
longa ac diuturna obsidione quamdiu pressit, praecla-
ra sunt a nostris edita facinora, stationem tueri non
contentis, sed ad hostem quoq. ausis progredi, ma-
numq. conferere. Itaq. multis magnisq. hostis adfectus
incommodis pacem a nostris malo coactus expetiuit.
Sed hostem magnitudo miraculorū in primis terruit.
quippe cui species Virginis Matris D.N. IESV CHRISTI
pugnantib. nostris adesse uisa est. Tum qua penetrare
ad nostros, atq. inrumpere tantum licebat, mare, quod
statis

27 oboedientiae praestandae munus, habet rex, quae tuae propria uoluptatis addat munera. Victoriarum enim, supra quam dici potest, admirabilium ab eo donis adfectus, sic illa scilicet interpretatur munera, ut cum tua uoluptate suam laudem diuino consilio esse coniunctam putet. Qua quid esse coniunctione potest artius, cum alterius uoluptate, summa quoq. laus alterius contineatur. Quid grauius, aut sanctius, cum ad diuini nominis gloriam pertinere utrumq. ac referri necesse sit. Ille uero maiorum suorum perpetuam Christiano nomine longe lateq. propagando felicitatem, in ipso statim adulescentiae suae quasi aditu atq. ingressu, rerum gestar. numero ac magnitudine uel iam aequauit, uel etiam uicit. Liceat quaeso B. P. de multis ac recentibus, unam atq. alteram nostrorum uictoriam, uerbi gratia, breuiter strictimq. commemorem, non ulla equidem meae gentis ostentatione, atq. iactantia, sed Dei potius, cuius illud omne beneficium fuit, laudibus, & pia gratiaeque nostrorum confessioni tantisper inferuiens. Solimanum ac Xatanan par beluarum Christiano nomini semper infestissimum, male habet scilicet fidei, nostraeque per Orientem religionis incrementum, & multiplex D.N. IESV CHRISTI triumphus crucis. Ergo suadendo, rogando, pollicendo, adiutando effecerunt, ut potentissimi totius Asiae reges in Lusitanorum, hoc est Christianorum nomen delendum funditus conspirarent. Neq. uero dilatum bellum. Namq. Goam nostrorum in India metropolin, ab omni prope bellico apparatu, quae classem ac militem

rei gerundae caussa diuersum peregre dimisisset, inpa-
ratam, Hidalcanus rex nullo indicto bello, immo ue-
ro nulla tum belli suspicione, flagitiosissime in prouisus
obsedit. Quantis copiis, quaeras. quinq. & triginta
equitum, & sexaginta peditum millib. atq. iis quidem
stipendiariis omnibus, praeter ingentem uoluntario-
rum numerum, atq. infinitam stratorum multitudinē.
Tormēta uero maiora ad oppugnandum comparata
.xl. Elephantorum praeterea, quorum magnus est in
acie usus, duo amplius millia eodem compulsa. Quan-
cum Goenses obsidionem prope annuam tolerassent,
classarii militis, & quidem uictoris aduentu, qui .vii.
tātum nauib. Dachenorū regis. lxx. nauium classē
instructissimā proelio uicisset, Hidalcanum, caesis
suorum. xii. millibus, suffossis atq. confectis elephan-
tis equisq. quamplurimis, summoerunt. multis bel-
licis machinis atq. impedimentis praecipiti fuga pas-
sim relictis. Eodem tempore Zamalucus, sed maiore ta-
men apparatu atq. dilectu, Chiaullum copias adduxit,
urbem natura, aut opere minime munitam. Quam
longa ac diuturna obsidione quamdiu pressit, praecla-
ra sunt a nostris edita facinora, stationem tueri non
contentis, sed ad hostem quoq. ausis progredi, ma-
numq. conferere. Itaq. multis magnisq. hostis adfectus
incommodis pacem a nostris malo coactus expetiuit.
Sed hostem magnitudo miraculorū in primis terruit.
quippe cui species Virginis Matris D. N. IESV CHRISTI
pugnantib. nostris adesse uisa est. Tum qua penetrare
ad nostros, atq. inrumpere tantum licebat, mare, quod

statis

statis horis adfluxisset, stetit illud, nec post legitimum naturae tempus refluxit, aditus occlusit, hostem prohibuit, nostros seruauit. Sic prorsus, ut animaduertent conterriti hostes, se non cum mortalibus, sed cum Deo bellum gerere. Quod & ipsi postea palam confitebantur, neq. nulli miraculis adducti, uolentes etiam Christiani facti sunt. Nunc autem summum suum rex ardorem non ferens, ne quid ad egregiam diuini principis indolem deesset, aut desiderare quis posset, O pietas, o prisca fides, inuictaq. bello Dextera, rex ipse, rex inquā ipse rebus posthabitis omnib. non sumptui, non ulli suo parcens labori, quam nimirum longissime per suorum desideria & lacrimas abesse ei licet, in Africā, gerendis reb. non modo ut praesit, sed etiam intersit, copias traicit. Quem rari prorsus ac ueteris exempli conatum, tuis P. S. piorumq. omnium precibus, uotisq. publice susceptis, bene omnino ac feliciter illi euenturum confidimus. Dies me deficiat P. B. si regis pii, felicitis, triumphatoris, Christianae fidei propagatoris uirtutes, atq. uictorias singulas persequi uelim. Quas ille nunc uictorias omnis tibi CHRISTI Vicario, summoq. Pont. de manu tradit in manum istam fide atq. auctoritate praestantem. Seq., suaq. omnia, gentem, regna, prouincias, opes deniq. uniuersas benigne pollicetur, ac defert, & sollemni catholicorum regum more, quanta maxima potest, idest uero, qua solet animi deuotione, libens ac laetus oboedientiam praestat.





387

MONOMACHIA

NAVIS LUSITANAE

CVM INGENTI REGIS

DACHENOR. CLASSE. V



Auctore Achille Statio Lusitano.



LACINVS magnum ac memorabile dicer e ad-
gredior, non tam commendandae gentis in eae
caussa, quam diuinæ potius in nos benignita-
tis declarandae studio ac pietate. Quod ego
unum mihi breuiter scribendum sumpsi, & quia
recentissimum est, & ut quo est ipsum incredibilius, sed ta-
men uerissimum, eo magis esse diuinum putetur. Sane alias
alia prope infinita huius in nos diuinæ beneficentiæ ex-
stant argumenta, omnisq. memoriae reges nostri habent
unde semper inmortales deo gratias agant. Quae iam omnia
uel hominum sermonibus, uel scriptis etiam, aliarum gen-
tium ad auris peruenere. Sed profecto mira caelestis gratiae
copia SEBASTIANVM regem nascentem excepit,
adulescentem sequitur, perfectum in uirum occurrenti perfe-
ctum tandem occurret. nec ut ad perfectum omnia adduxe-
rit illa praeditum pietate unquam deferet, ut, perueni-
regiae subolis spe cum essemus, utiq. intellegamus optatis-
simum

B finum

simum ac felicissimum regem natum caelitus, datum diuinitus. Fiat utinam bone I E S V, te nouo alio beneficio tua tot beneficia cumulante, ut hoc rege, his factis admirabilibus nō longinquae modo nationes, sed Europae etiā nostrae homines Apostolicorum temporum miranda illa opera desiderare iam desinant, atq. his tot tantisq. rebus adducti, qui uel inscirtia, uel per summum scelus ac nefas a te defecerunt, iterum ad te per te mirabiliter in nobis pugnantem, uincentem, triumphantem deniq. conuertantur.



QUAE gens Indorum, quos Malauares uolgo nominant, ad mare pertinet, sita est urbs Cochiniū, & Lusitanorum incolarum frequentia, & ipsa sui magnitudine inprimis celebris. Inde Mendus Lopeus nauim, quam sibi aedificarat, quadringentis in eam partim sociis, partim stipendiariis militibus inpositis, mutandarum caussa mercium Auream uersus chersonesum soluerat. Est in ea ora Lusitanorum arx munitissima, Malacam uocant, quae mercatorib. tum copia, tum pretiosarum mercium uarietate magnas augendae rei praebet opportunitates. Itaq. ad Tapobranicum mare delati, Tapobranem nostri hodie Samatram dicunt, cum uicinam oram longo circuitu demum praeteruigassent, in Pacensis portus, id est, procurrentis in altum promontorii conspectum uenere. ibi eos uentus defecit. mox e proximo litore leue atq. expeditum nauigium explorandi caussa propius accessit. sed nostris inimicum genus hominum mercandi studium fingere, ac simulare. Lopeus nauis praefectus etsi hostilem classem nullam uidebat, hostem tamen, id quod erat, exploratum uenisse, quasi diuinitus esset admonitus, non dubitabat. ac fuissent hostes ad unum omnes nostrorum telis oppressi ac deleti, nisi praefecti eos continuisset imperium. Nam quod ad se publice interposita fide uenissent, parcendum existimauit. Hostem tamen territans
monuit

382
monuit, non nescire se, propinquam Dachenorum classem
praedae cupiditate exploratum misisse. uiderent porro, si-
biq. potius ipsi consulerent. regi nuntiarent, se suosq. ma-
gna sui ueriq. dei spe ac fiducia ad pugnandum alacres ho-
stem opperiri. illi facta abeundi potestate, ad suos se conti-
nuo rettulerunt. Neq. uero multum temporis intercessit,
cum ecce tibi nostrorum nauis oneraria erumpente. cxxx.
& eo amplius nauium classe, in qua testis & spectator Da-
chenorum rex gerendis rebus intererat, undiq. circumue-
nitur. in tanto numero naues longae minores omnino no-
uem fuerunt. maiores, siue regiae, duae. harum aliae,
.xxiii. aliae .xxiv. utrimq. remis agebantur. Iunci .iii. ge-
nus hoc est nauigii earum, quas nostri Carauelas nominant,
simillimum. reliquum numerum actuariarum, quas hodie fu-
stas uocant, & quae eorum lingua lanchiarum dicuntur, fu-
stis persimiles conficiebant. Magna prorsus ac luculenta clas-
sis, qua nauium multitudinem, qua militum dilectum, qua
tormentorum atq. omne genus machinarum telorumq. uin-
copiam, apparatus, spectes. Naues ipsae longae uario bō-
bardarum maiorum, minorumq. genere instructae atq. in-
festae. quorum sane tormentorum magna pars globos tri-
genas octonas libras, aut amplius etiam adpendentes eia cu-
labantur. Ergo vi. Kal. Iun. qui dies fuit pridie eius diei,
quem festum, & Ascensionis Domini nostri IESV CHRI-
STI memoria celebrem religiosissime Christiani colimus,
prima luce classis regia nauum undiq. circumsistens, ad dici-
usq. medium tormentis eminus oppugnat. quo demum la-
bore perfuncta, quater in eam facto magno impetu grauius
inruit. cumq. toriens cum naui conlata classis frustra con-
currisset, & Lusitanorum uirtute pulsus hostes temptato saepe
ad eos aditu resilirent, eius diei pugnam non tam dire-
mit, quam noctis minuit interuentus. Namq. per singulas
noctis uigilias, ne quem nostris respirandi locum darent,
ternae ipsae longae naues alterna, ac tamquam per manus

15
uicesq. tradita oppugnatione non destitere. Postubi dilu-
xit, cum autem diem Christianis omnibus, ut supra posui,
religiosissimum nostri sibi salutare uenisse confidebant,
classis undiq. in unam se omnis nauim incitat. Naues ipsae
longae Turcicarum more ac modo reticulatae, superneq. co-
rectae. Pugnatum est utrimq. uehementer ad horam diei no-
nam. quo quidem omni tempore connixi hostes nauim co-
scendere atq. occupare, ascensu atq. ingressu sunt a nostris
prohibiti. Conatus igitur eorum omnis cum frustra fuisset,
fessi uotiq. impotes proelio excedunt. Videres non iam cae-
ruleum mare, sed hostili rubrum sanguine longe lateq. pur-
purascere. Ipsorum enim nauigiis sentinam quotiens ex hau-
riebant, eorum, qui ceciderant, in mare redundans cruor
effluebat. Breui interiecto spatio, cum paullulum modo se
recreassent hostes, uiresq. refecissent, meridiano prope tem-
pore cum nostrorum nauis rursus configere contendunt.
quibus illud consilii fuit, qua nauim contingerent, longa-
rum ea parte nauium, sub ipsos remorum ordines, maiores
scaphas, Manchuas uocant, subdere, unde nostris occupa-
tis, pugnaeq. intentis, alii nauim interim rescinderent atq.
pertunderent. qua illi spe, cum duplici compage contigna-
ta, ac suffulta omnia comperissent, exciderunt. Hoc uno
opere faciundo reliquum diei tempus frustra cum consump-
sissent, re infecta, multisq. ac maximis adfecti incommo-
dis, quod in eorum naues telorum atq. ignium incredibi-
lem uim nostri coniecerant, ab nauis sese disiunxere, proe-
liumq. paulisper intermisere. Eo proelio longarum nauium
duarum potiti nostri, cum earum alteram ad suam iam de-
ligassent, in eamq. descendissent, hostem pepulissent, quia
tamen aliunde confertae hostium naues incubuerant, ipsi
depugnando fessi, ac uulneribus confecti, quod factu opti-
mum uisum est, quam ceperant, nauim plane uacuam atq.
exutam rebus omnibus dimisere. Illo religiosissimi diei,
quod reliquum erat, spatio in nostrorum nauim ter hostes
inpe-

321
inpetum fecere. Navis bombardarum globis, & hostili manu multifariam pertunsa ac perforata, tantum aquae subter conceperat atq. admiserat, ut pedem ac semissem, aut paullo plus etiam in altum defideret. Sed praefecti providens animus atq. consilium effecerat, ut & hostes malum lateret, & eos, quorum ars ac negotium sarcindae navis erat, diligenter monuerat, necui socio quidquam proderent. quaerenti, semipedem tantum esse responderent. ne videlicet aut nostri deficerent animis, aut, quo nauta utebatur, Arabs ad hostem enataret, atq. transfugeret. Namq. ipso de se postea confitente nihil proprius factum est, quam ut sollicitante, ac multa pollicente inter pugnandum hoste ad eum tum deficeret. Praefectus nautas omnis conlaudavit, & eorum animos magnis praemiis & pollicitationibus excitavit. quorum sane egregia post usus est opera. Cum eo loco summam rem esse praefectus navis intellegeret, hostibusq. proelio fessis alii proxima e terra aduenientes integri recenteq. succederent, quaeq. poscit usus belli, copiose omnia suppeditarentur, opib. ac numero nostris deniq. longe praestarent, quorum nonnullos cecidisse, complures vulnératos esse cognovisset, navim ipsam ne tenui quidem flante aura promoveri posse, atq. ab hoste diuelli animaduerteret, Crucifixum manu prendens, cum mediam ad navim processisset, ad malum adstans socios omnis eo conuocat. Qui cum praesto ac frequentes adfuissent, Hanc mihi quaeso, inquit, commilitones ueniam date, non dubitanti quidem, sed quod iucundissimum est, ac reficiendis nostrum omnium animis aptissimum, dum quaero, cupide audienti, pergitis ne uos esse, qui semper fuistis, fraternis animis catholici ueriq. Christiani. annuentib., iterum lacrimans, inquit, uerè ne etiam Lusitani. adsentientibus, postremo, inquit, etiam ne communis omnium nostrum regis optimi clientes omnes fidi atq. amantes. prorsus, aiunt. haec uero addit ille, tria sunt uestra proprie ornamenta, quibus

quibus nihil maius, meliusue ulla umquam in gente reperiri possit. quod cum ita sit, per ego uos haec omnia oro atq. obtestor, ut animo atq. ore I E S V nomen inuocantes, cum simul omnes, tum pro se quisq. rem fortiter gerat. Quod si erit, uosq. isdem ufi animis nihil de pristina uirtute remiseritis, uobis ego & polliceor, & recipio, tantas hostium copias penitus concisum iri. Atq. ego quidem hunc, quem manu teneo, crucifixum, uestrae testem uirtutis, fidei quoq. apud uos meae sponso rem adhibeo. Vos uero regis memores benignissimi, cui operam istam egregiam nauatis, exspectate ab eo factis uestris pulcherrimis digna praemia. Illud etiam interim cum animis uestris cogitate, hac una, quod deus auertat, amissa naui quantum iacturae fiat. Amittenda enim sunt cum meae, tum sociorum multorum praeterea numeratae ac praesentis pecuniae tercentena aureorum millia. carendum fortunis, atq. his, quae uidetis, tormentis omnibus bellicis. qua tamquam esca inuitatus atque inductus hostis, etiam iis, qui nos sequentur, fociis inhiabit. Qui si in eius potestatem uenerint, futurum omnino est, ut earum gentium, quae Malachae proximae, Christianam professae nuper fidem renatae sunt, animi relanguescant, nec in optimi regis nostri fide diu maneant. ad hostem lingua sibi & genere coniunctum desciscant. quod si accidat, ne dubitatis quidem, quanto in periculo res futura sit Malachensis, immo uero tota australis ora. qua retineuda, & mittendis eo subsidiis, inmane, quantum regi nostro necessarii sumptus fiet. hoc maxime tempore, cum finitimo bello nostri ad Aquilonem distinentur. Atqui aquilonaris indiae pars, malachae atq. australibus opib. iuuari potius & sustentari solet. Haec quaeso uos, omnia, quid religionis ac pietatis in deum, quid commodorum, ac regiarum intersit rationum, etiam atq. etiam reputate. quae si, ut sunt, uera esse intellegitis, a uobis peto atq. contendo, ut quod euangelicis legi, regi q. debemus,

mus, utriusq. causa mortem alacres ac fortiter oppetamus. 390
Adclamatum est uehementer ab uniuersa contione, lacrimis, quas amor eliuerat, fidem, summamq. uoluntatem, & animorum deuotionem testantibus. cumq. eum, quem tenebat, crucifixum omnes expetissent, acceptum singuli pie sunt deosculati. inde suum quisq. locum stationemq. cum armis repetit. Praetereunda silentio non est res admiratione dignissima, quaeq. Lopeum ipsum magno opere confirmauit. Quippe secedenti paulisper, & ut par erat in tanto discrimine, aegro ac sollicito animo multa cogitanti, puer annos non amplius decem natus, qui eadem erat in naui, praesto fuit, eumq. adlocutus, Quintu, inquit, lopee bono es animo, ac spe diuini auxilii. fiet enim, ut e tanto periculo sospes atq. incolumis euadas, ac fociis, naui, rebusq. saluis omnibus Malacham peruenias. inde laetus coniugem liberosq. dulcissimos reuifurus in aquilonarem indiam reuertare. Vnde id scire potuisset percontanti praefecto, tu uero, inquit, puer ne quid ultra quaesieris. spem modo in domino IESV fiduciamq. omnem conlocato. Tum praefectus loquentem supra aetatem admiratus, neq. lacrimas prae gaudio. dulciq. in IESVM ipsum amore continens, tu, quod potes, inquit, crucifixum hunc cape, ac dominum IESVM precibus interim exora, quaeq. dicis, ac polliceris, firma & rata esse ut uelit. Nec illud minus mirum miunsue simile accidit. Guzurates unus ex illis, credo, nauis conductitiis, diuino, quid enim aliud putemus, spiritu instinctus, ad eum tum quoq. propere adiit, eademq. adfirmans, bene sperare iubet. faciam, inquit praefectus, si modo tu credenti mihi uicem reddideris, ac nobis demum tanto periculo defunctis ac liberatis, in dominum IESVM tanti auctorem beneficii tu quoq. credideris. quod ille facturum se recepit. et uero postea praestitit. Ea, quae commissi proelii diem alterum insecuta est, nocte, tormentis hostes ex consuetudine nauim quaterere ac pulsare intendunt. cumq.

4 cumq. inruendi speciem opinionemq. praeberent, abstiterunt tamen. Vbi primum inluxit, magnis editis clamoribus, tum cornibus, tympanis, tubis, ceterisq. eorum more circumstrepentibus signis tota se classis iterum in nostros commouet. cumq. cum nostris ad uesperum usq. pugnaes haesissent, eorumq. nonnulli summam in nauim iam euassissent, depulsi protinus, excussiq. deciderunt. Ingentem eo proelio cladem hostes acceperunt. quo malo coacti sese a nostris remouere. nostrorum non amplius .XX. milites interfecti, & in his quidem Lusitani omnino quinque. uulnerati uero. CLXXX. Atq. hic totiens cum hoste pugnandi finis demum fuit. Nam cum iniquissimo loco res esset, nauis Lusitana, & ea quidem regia, constrata, quamq. ceterae longae naues haud paullo longior, celsior, munitior, Galeonem nostri nominant, bellicis reb. omnib. apta atq. instructa procul exoritur. quae res laborantibus, atq. ultimum prope iam spiritum ducentibus nostris salutem attulit. Illi enim cum rem geri eminus animaduernerent, nostrorum, hoc est, etiam suorum in conspectum, atq. adeo in colloquium ueniunt. auxilium opemq. suam omnem ostendunt. dant insuper fidem, quicumq. sequetur euentus, una omnis casus, belli. fortunam subituros. Sed hostes tali nostrorum subsidio exanimati, rebusq. diffisi suis, nihil experiundum amplius, temprandumq. putauere. Desiderati ab illis omnium suae gentis fortissimi lectissimiq. supra mille, trecenti milites. Allatum ad nostros postea, regem ipsum naui egressum, male gestae rei taedio adfectum, suisq. iratū, quod illo numero, atq. apparatu, parua nostrorum manu superiores esse non potuissent, quingentos publice interfici iussisse. Itaq. interfecti hostes. MDC. vulnerati duo circiter millia. naues, praeter quas iam diximus, duae tormentis onustae bellicis depressae, pleraq. aliae pessime habitae, atq. multatae. Quae profecto clades eiusmodi fuit, ut, quod Dachenorum rex instituerat, gravissimi

391
fimi belli gerendi confilium coactus omiserit. Sic enim se
se conparauerat, animoq. decreuerat, illa nauium multitu-
dine, illoq. dilectu Sincapurae, ac Sabonis utrumq. fretum
occupare, &, quod esse proximum uidebatur, in spem ue-
nerat, reges per ea loca Bintonii; ac Malai, hunc quidem
ueterem Lusitanorum amicū, suam in potestatem redigere.
Dein Maluchi, Bandae, Chinaeq. nauigiis omnibus potiri,
non magni rem esse negotii iudicabat. omnem deniq. com-
meatum, quominus Malacham inportaretur, intercipere
constituerat. quae sunt omnia unius huius diuinae prorsus
uictoriae beneficio non repressa modo, sed penitus subla-
ta incommoda. Imminenti exitio diuinitus erepta, sed ta-
men, quod necesse fuit, multis perfossa, lacera, & quassa-
ta partibus nauis Malacham tandem adplicuit. Incredibili
uisendi studio excita se ciuitas omnis ad litus effudit. Mox
Episcopus ac praetor urbis cum ciuibus, praefecto nauis
eiusq. sociis obuiam processere. quos magno dei benefi-
cio conseruatos ad templum festum in morem uarie ador-
natum gratulabundi cum hymnis, & canticis, e Christiana
consuetudine deduxere. Multae undecumq. ab regib. prin-
cipibusq. uiris Lopeo praef. nauis officiosissime, honorifi-
centissimeq. scriptis litteris gratulationes missae, quibus il-
lum ad caelum summis laudib. exulere. Perge domine
IESV, SEBASTIANVM regem, quem non modo
natum, sed tot amplum uictoriis esse uoluisti, augere in ma-
ius. Tu de superiorum Lusitaniae regum fide ac pietate opti-
me olim meritis, res eorum tenuis, & ab exiguis profectas
initis mirabiliter amplificasti. hunc aureum plane matris
suae partum, regem caelo paene delapsum, nihil nisi te,
nihil nisi fidei, Christianiq. nominis propagationem atq.
incrementum cogitantem beneficiis tuis sic adfice, ut quae
sit egregiae pietatis merces, impii etiam in terris discant.



**ADVERSA. OSTENDIT. NOSTROR. INSIGNIA. REGVM
PAGINA. SVBLIMI. NONNISI. LAPSA. POLO**



Errata in Monomachia.

Fol. 2. facie. 1. uer. 26. dici. lege diei. Fol. 4. fac. 1. uer. 3. eliuerae. leg. elicuerat.
ibidem. uer. 5. crucifium. leg. crucifixum. ibidem. uer. 25. miunsue. leg. minusue.